Cuiuſmodi ſunt, aut in areola luminis veneti, aquila argento & oſtro faſciata: quæ fuit RAGENFREDI Ducis Friſiæ, ac proſapiæ eius. *Philibert. Monet*



*De gueulles a l'aigle echiquettè d'or & de ſable.*

Aut aquila teſſellata auro & atramento, in parmula muricata: quæ in Vrbe Roma eſt familiæ DE COMITIBVS. *Alphonſ. Ciaccon.*



*D'azur a l'aigle echiquettè d'or et de gueulles.*

Aut aquila vermiculata rurſus auro, ſed ſimul oſtro, in pagina ſcuti cærulea: cum roſtro tamen, & cruribus coccineis; quæ eſt teſſera MORAVIAE. *Marcus Gilbert.*



*D'or a l'igle ondè d'argent & d'azur.*

Aut aquila aſperſa, ſeu guttis, ſeu vndulis cyaneis argenteiſque, in ſcuti aurato valuulo, cum dentato tigillo puniceo ſupernè, aurea tria lilia inumbrante: quæ eſt VIELLIORVM in Vrbe Roma. Dubito tamen, ne dici potiùs debeat aquila veſtita vellere cymbalite; propterea quod ſchema eius ſenſim immutauerit pictorum, aut ſculptorum imperitia. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



*D'hermines a l'aigle de gueulles becquè membrè d'azur.*

Ceterũ in ſcuti ſolo, ex aluta hermionica, aquila punicea, cyano roſtrata & crurita, eſt BLARRIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



*D'or au chef de vair. a l'aigle de gueulles, becquè membrè d'or brochant ſur le tout*

In

In ſolo autem aureo, cum diphthera petaſite, in ſcutaria coronide, aquila rurſus punicea, ſed auro crurita *Marc. Gilbertus.* & roſtrata, eſt in Gallia pariter BVSANCOISIORVM.

Cum aquilæ teſſerariæ tamen vtplurimum ſpectent, versùs ipſius parmulæ dexterum latus; non deſunt etiam aliæ, quæ oblutum vibrent versùs latus eius alterum.



*D'azur a l'aigle d'or contourné.*

Vti aquila aurea, & auro redimita, in veneti luminis laterculo: quæ eſt ANHALTIORVM in Imperio, & GEZNERSHEIMORVM ad Rhenum. *Io. Iacob. Chifflet.* *VVappenbuch.*

Et in ſcuti area concolori, aquila faſcijs argenteis & puniceis tæniata; quæ eſt TRVCHSESIORVM à VVELDERSVVALTIO in Miſnia. *D'azur a l'aigle contourné burlé d'argent & de gueulles.* *Io. Iacob Chifflet.*

Magis eſt inuſitatum, eas interdum pronas & tranſuerſas intueri? cuiuſmodi ſunt.



*D'argent a l'aigle de ſable, miſe en bande, couronné mêbré d'or, chargè ſur la poictrine d'vn croiſſant montant aux pointes fleuronnes de meſme.*

Aquila furua, auroque redimita & pedata, atque adeo inuſta in pectore aurea lunula erecta & liliata: picta verò loco baltei dexteri, in valuulo ſcuti argenteolo: atque hęc eſt icon gentilitia familiæ LOBCOVVITZIAE in Bohemia. *Io. Iacob. Chifflet.*



*D'or a l'aigle de ſable miſe en bane.*

Aquila item furua, & conſtituta in ſede baltei ſiniſtri, intra parmulam auratam, eſt MOTSCELVVITZIORVM in Sileſia. *VVappenbuch.*

Concolor aquila; in ſimili areola, & loco faſciæ impreſsa.



Seu versùs dexteram tranſuerſa, eſt EPTINGENIORVM ad Rhenum; auro & roſtrata & crurita, eſt RODEREREORVM à TRESBERGIO in Alſatia. *Idem.*



Seu flexa verſùs læuam, abſque vlla variatione in roſtro cruribuſque, eſt EPTINGENIORVM in Heluetijs.

*VVappēbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Sed galeam quoque induit, vultuſque alienos mutuatur nonnumquam aquila, in his teſſeris gētilitijs.



Vti aquila aurea, munita caſſide argenteola, in ſapphirini coloris areola; quæ eſt STAHLINIORVM à STORCHSBVRGIO in Sueuia.

*Idem.*



Aurea item aquila, virginis os & papillas habens, cum diademate aureo, in ſapphirina item parmula, eſt ERLINIORVM à RORBERGIO in Alſatia. Quæ ambæ aquilæ facie aduerſa, plenoque vultu delineantur.

*VVappenbuch.*



At obliquè in læuam reſpectat, aquila furua & oſtro crurita, capite autem lupino puniceo inſtructa, intra ſcuti paginam argenteolam; quæ eſt FLANSIORVM in Saxonia.

*Idem.*



Specie horridior aliquanto eſt aquila punicea, cum atris cruribus, & cum apri capite perinde atro, ſed loco ceruicis ei abſciſſæ adpoſito, atque in dexteram reſpiciens; intra parmulam denis obliquis tęnijs, argenteis cyaneiſque exaratam; quæ eſt familiæ SAINCT-FONTAINE in Belgio.

*Iacob. Hëricourt.*

Quod ſpectat ad ordinariam aquilę,

aquilæ, in ſcutis teſſerarijs, delineationem: ſit ea communiter erecta, explicatis alis, & obliquè intuens.



De gueulles à
l'aigle S'eſſoran-
,ou prenant l'eſ-
r d'or au chef
mesme.

Alioquin aquila in volatum exſurgens, aureaque in alueolo ſcuti puniceo, cum ſcutaria coronide item aurea, eſt SOVVERTIORVM in Gallia: & vocabulum peculiare apud Feciales habet.

arcus Gilbert.



Aquila item aurea, ſolem aureum intuens, oculis irretortis, in cæſia ſcuti pagina, eſt in Gallia VVEORVM.

lem.



*D'hermines à l'aigle pâſmè de gueulles. C'eſt à dire qui n'à point des yeux, e qui a le bec ſi crocu qu'il meurt de faim.*

Secùs aquila confecta ſenio, obſcuris oculis, & roſtro ita clauſo, vt cibum arripere & comminuere ampliùs nequeat, fameque ideo diſpereat, oſtro expicta, in parmula hermionico vellere contecta, eſt SASQVEVILLEORVM in Gallia: atque hæc pariter peculiari nomine, apud Feciales eoſdem ſolet appellari.

*Marcus Gilbert.*

Aquila etiam prodit quandoque cum alia adpicta icone.



Vti aquila punicea, cum dracone praſino ei ſubſtrato, in parmula auro illuſa: quod fuit olim inſigne PARTIVM GVELPHARVM.

*Alphonſ. Ciaccon.*

Biceps



Nonnumquam balteo vel clabula, eadem aquila accingitur: Cuiuſmodi eſt in ſcuti valuulo conchyliato, aquila argentea, auro diademata, cum balteo iuſti modi atro, ei ſupercùrrente: atque hæc teſsera eſt AL- *Idem.*
VERORVM in Vrbe Roma.



Biceps aquila coloris atri, falculis ſuis attinens ſcalam quinque radiorum, anguſtam in ſumma, & in ima parte laxiorem; quę eſt icon gentilitia familiæ à SCALA in Gallijs.

*Marcus Gilbert.*



Furua deinde aquila ipſa, cum eo balteo argenteo, in areola auro conſtrata, & cyano prætextata, eſt DON- *Auguſt. Franſ.*
GHIORVM Genuæ.



*D'azur à l'a... d'or, au baſton gueulles pery bande.*

Aut aquila agentea, auro redimita, & in gyrum habens circa ſe aureos ſex nummos Byzantinos, in areola coloris cyanei. quod ſchema ſymbolicum, in Vrbe Roma, eſt familiæ à PRAEFECTVRA.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Aquila aurea, cum vecte puniceo perpetuo ei ſuperducto, in parmula glaſto fucata, eſt familiæ CHAPELLE in Gallia. *Marcus Gilb.*



Aquila



d'vn baſton ...eulles.

Aquila nigella, coccino & roſtrata & crurita, cum ſuperpicta ei clabula item coccino illuſa, in ſolo ſcuti argenteolo, eſt Beanceorvm in Gallia. Biceps verò, & cetera ſimilis, eſt in Gallia perinde Gvescliniorvm.

...cus Gilbert.

Sed aquilas iam referam, aut ſolitarias, aut numero plures, mole tamen ac magnitudine alijs, quas deſcripſi hactenus, minores. Offert verò ſe primo loco ea, quæ olim Partivm Gibellinarvm teſſera fuit: nempe aquila nigella, in ſcutario apice aureo expicta, atque aduentitia ſymbolis familiarum illarum, quæ Imperatoribus, aduersùs Partes Gvelphas, vt inſinuaui alibi, meruerunt: vel quæ, ob laudes alias, ea Imperij teſſera honoraria inſignitæ fuerunt. Habent eam nimirum, in coronide ſcutaria,



Alciati Mediolani, cum cetera ſcuti regione ab ſummo tripartita: in cuius triente dextero cyaneo alcem exſilientem auream, in triente medio argenteo, turrim cyaneam, & in tertio triente cyaneo faſcias quaternas argenteas gerunt. *Andreas de Ryet.*



Arigonii, cum ſuppoſito ei vecte cyaneo, inſcripto aureis characteribus AR, adiectiſq; inſuper balteis ſex argenteis ac puniceis. *Alphonſ. Ciaccon.*



Beccarii in Inſubria, cum tribus ac denis tumulis, ſeù colliculis ſanguineo madore conſperſis, in parmula penitùs aurea. *Andreas de Ryet.*

Bichi



*Alphonſ.Ciaccon.* Bichi Senæ in Ethruria, cum furui leonis capite iubato, in eiuſdem metalli areola.



*M. S. ex Muſæis Romanis.* Brancaleonii in Vrbe Roma, bicipitem cum aureo diademate, & cum leone aureo ſub ipſa exſiliente, in alueolo luminis cæſij.



*Alphōſ. Ciaccon.* Burghesii tum in Vrbe Roma, tum Senæ in Ethruria, cum aligero dracone aureo, in valuulo ſapphirini coloris.



Cafarelli rursùs in Vrbe Roma, cum aureo leone, in parmulæ bipartitæ dextero ſemiſſe; & in ſemiſſe læuo, cum quaternis pinnulis trigonijs, coccineis aureiſque. *M.S.ex Mu Romanis.*



Cavalerii in eadem Vrbe, bicipitem, cum cane argenteo numellato, erectoque intra cyaneam parmulam, argento & cyano acuminatim prætextatam. *Alphōſ. Cia*



Caesa-

*Alphonſ. Ciaccon.* Caesarini item in Vrbe, cum vrſo atro, catenato ad columnam argenteam, in parmula auro conſtrata.



*Io. Iacob. Chifflet.* Feltrii, in Vrbini principatu, cum area ſexiès, balteis aureis & cyaneis, tæniata.



*Alphonſ. Ciaccon.* Gambari Brixiæ, cum puniceo cancro, in ſolo ſcuti aureolo.



*M. S. ex muſais Romanis.* Gvaldi Ariminenſes, bicipitem ac diadematam, cum puniceo leone, in ſcuti laterculo aureo, & ora eiuſdem ſcuti, auro ac ſabulo denticulata.



Margani Romæ, cum lemniſcata inferiùs parmula, ſenis balteis, cæruleis ac puniceis, aurea tæniola fimbriatis. *Eadem.*



Matthaei Romæ pariter, cum alueolo teſſellis argenteis ac cyaneis vermiculato, & cum balteo aurato eis ſupercurrente. *Alphonſ. Ciaccon.*



*Io. Iacob. Chifflet.* Mirandvlani Proceres, cum ima regione, pariter argento & cyano ſcutulata, & ſuperpoſito ſcutulis ipſis vecte puniceo.



*Alphōſ. Ciaccon.* Petrvcci Senæ in Ethruria, cum ſecta obliquè, ab dextero angulo, in modum ſerræ dentatæ, area ſcutaria, ſupernè quidem auro, glaſto autem infernè illuſa.



*M. S. ex Muſæis Romanis.* Petramalae in Ethruria, cum cyanea ſcuti areola, laterculis ſymbolicis aureis inuſta.



Pii Ferrariæ, cum parmula quadripartita, & in tetrante quidem primo ac puniceo, cum argentea Cruce; in ſecundo & tertio cum inſtitis quaternis, partim puniceis ac partim aureis; in quarto demum tetrante aureo, cum leone coloris praſini. *Alphonſ. Ciaccon.*



Vallii, ſeu à Valle in Vrbe Roma, cum aduerſis binis leonibus cyaneis, & ſtellis quinis concoloribus, in area metalli argenteoli. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Vecchii Senæ in Ethruria, cum ceruo aureo numellato, in parmula coloris veneti. Plures adhuc obuenient deinceps ſuo loco, eiuſmodi aſcititiæ Imperij teſſeræ. Quod ſi cuipiam libeat, maiore cum otio, ſtemmata luſtrare familiarum nobilium, in ijs Ciuitatibus, quæ fauerunt aliquando nomini Gibellino; is profectò haud infrequentes in eis, has indices *Idem.*

ces

ces Imperij volucres deprehendet.

Alij has Imperij aquilas, malunt, intra parmulæ ſuæ tetrantes nidulari, & ideo eas repetitas efferunt: vel in primo & vltimo tetrante,



Vti Ferrariæ Bentivoli, cum tetrantibus ſecundo ac tertio ſectis obliquè, atque auro oſtroque denticulatis. *Alphonſ. Ciacon.*



*M. S. ex Muſais Romanis.* Gvaldi Vicentiæ, ſed bicipites ac diadematas: cum leone ſemi-argenteo, ac ſemi-atro, in tetrantibus alijs, alternantibus iubar eius vtriuſque coloris ac metalli; atque inſuper cum limbo denticulis aureis atq; atris aſperato.



Paciotti Vrbini; cum aureo enſifero leone diademato, in alijs tetrantibus nigellis. *M. S. ex Muſais Romanis.*

Seu efferunt eas, in tetrantibus ſecundo ac tertio.



Vti Pvtei Marchiones Vogheræ, cum puteis puniceis, atque ad commiſſuras laterum argento litis; ex quibus aduerſi dracones praſini, veluti laticem hauriunt, in primo atque vltimo tetrante inauratis. *Eadem*

Quod vtique ſchema Imperij, Marchionibus Bentiuolis, Gualdis, Comitibus Paciottis, & Marchionibus à Puteo Cæſares ipſi, ob illuſtria promerita, honoris ergo, conceſſerunt.



Sed & argenteam, in ijs tetrantibus ſupra cyanum, aquilam habent, *Alphonſ. Ciaccon.* tum ESTENSES Principes Mutinæ: quibus tria aurata lilia vernant præterea ſupra cyanum, in primo atque vltimo tetrante, cum ora eius auro ac minio denticulata.



*Idem.* Tum GAETANI in Vrbe Roma; cum iugarijs balteis vndoſis & cyaneis, in tetrantibus primo atque vltimo inauratis.

Ad hæc aquilæ plures, & eo quidem numero impare, quo gaudere Deus etiam perhibetur, ita plerumque diſtribuuntur; vt binę ſint in ſuprema ſcuti regione, tertia verò in ima eius cuſpide.



*D'azur a trois aigles d'or, deux en chef, & vn'en pointe.*

Aureæ aquilæ tres, in cæſio ſcuti laterculo, ſunt GEVESTONIORVM in Regno magnæ Britanniæ; *Marcus Gilbert.* cruritæ inſuper oſtro, ſunt LINNINGHENIORVM in Gallia: *Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus Sancti.* bicipites autem, & cum roſtris cruribuſque puniceis, ſunt DONDEAVVILLEORVM item in Gallia. *Marc. Gilbertus*



Argenteę tres, in parmula conchyliata, & omnes diadematæ, ſunt LANTORVM in Vrbe Roma. *M. S. ex muſeis Romanis.*



Toti-

Totidem puniceæ, cyano cruritæ, ſunt BRIMEVIORVM in Gallia: & abſque cyano in cruribus, DOTTEVILLEORVM.

*ſignia aurato-m Equit. Spi-itus ſancti.*

*arcus Gilbert.*



Tres item, ſed nigellę, ſunt FONLEBENIORVM in Galliа; roſtratę & pedatæ auro, ſunt GVTLINGENIORVM in Sueuia.

*dem.*

*Vappenbuch.*



Aut tres furuæ pariter, ſed quarum duæ loco vtriuſque baltei, tertia loco pali, capita auro diademata committunt, in corde areę argenteolæ; vbi roſtris veluti arripiunt maius aliud diadema aureum; ſunt EGGENBERGIORVM in Stiria.

*o.Iacob.Chifflet.*



Cum interiecta inſtita crocei luminis, in veneti coloris areola, tres aquilæ rurſus eiuſdem luminis crocei, ſunt ALAERTIORVM in Gallia.

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*



Aut cum ea inſtita punicea, in ſcuti valuulo argenteolo, tres pariter aquilę nigellæ, ſunt LEEDEORVM in Regno magnæ Britanniæ: vel in valuulo aureo, ſunt MEYSSENIORVM in Heluetijs.

*M. S. ex muſeis Romanis.*

*VVappenbuch.*



Cum

Cum interpoſito deinde capreolo ſcutario metalli argenteoli, aquilæ totidem ex hoc metallo, in murica-ta parmula, ſunt REINBERGIORVM ad Rhenum.

*VVappēbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Aut aquilæ ipſę cyaneæ, in roſtris tamen & cruribus puniceæ, cum puniceo eo capreolo, impreſſo in ſolo parmulæ aureo, ſunt TRIMOVILLEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Circa duplarem autem balteum, puniceum ſupernè, aquila praſina; & circa eum balteum, infernè praſinum, aquila punicea, & ambę pronę, in argenteo ſcuti alueolo, cum teſſera Imperij in apice ſcutario, ſunt familiæ OLGIATAE in Vrbe Roma.

*M S ex Muſæis Romanis.*

Tres præterea, vna ſerie compoſitæ, in hoc apice ſcutario inaurato, & ſabuleæ omnes, cum duabus obuerſis lunulis argenteis, in ſcuti latercu-lo cyaneo, ſunt PERROTIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbe*



Aut ſabuleę rurſus, ſed impreſſę in argenteo balteo, ſupra parmulam oſtro fucatam, ſunt GVINAZZIORVM Neapoli.

*Andreas de R*



*D'or a la fa de ſable, char de trois aigle d'argent.*

Aut argenteæ tres, in tęnia furui luminis expictæ, intra parmulam auro litam, ſunt VVOLSCHENIORVM in Alſatia.



*D'or a la tr ſimplè d'azur tournèe de qua aigles de gueul*

Ad

Ad hęc aquilæ quaternæ puniceæ, circa crucem ſimplicem cyaneam, in ſcuti valuulo aurato, ſunt familiæ MONTACVTAE in Gallia. Eadem ſibi aduerſæ & ſabuleæ, in adſimili teſſera, niſi quod in media ea Cruce ſpectetur lunula argenteola, ſunt FAVYNIORVM pariter in Gallia.

*reus Gilbert.*

*gnia Aurato. Equitū Spi- s ſancti.*





*D'argent a la x pattee de ulles canton- de quattre ettes de gueul.*

Aut puniceæ totidem aquilæ, circa cyaneum decuſſim, in argenteo ſcuti laterculo, ſunt RVNEORVM iterum in Gallia. *Adrian. Morlier.*

Totidem ſabuleę, circa coccineam crucem, ad ſcapos extremos patulam, ſeu pedatam, cum roſtris & cruribus coccineis, in alueolo argentei metalli, ſunt Mantuę, familiæ GONZAGAE. *Iacob. Chifflet.*



*D'azur a l'aigle cantonè d'vn ſo- leil, e de trois ai- glettes qui le re- gardent, tuttes d'or.*

Aquila verò grandior, veluti explorans genus trium aquilularum, in aduerſi ſolis obtutu, intra cyaneam ſcuti areolam, cum Sol & ipſæ aues auro fulgeant, teſſera eſt IAYORVM denuò in Gallia. *Marcus Gilbert.*



*e gueulles au oir d'or ac- agnè de quat- aiglettes de ſme.*

Aureæ aquilæ totidem, circa aureum decuſſim, in parmula oſtro illuſa, ſunt BOVTECOILLEORVM in Gallia. Si decuſſis verò fiat ex quadris teſſerulis item aureis, in veneti luminis parmula, ſunt ibidem LANIERORVM. *larcus Gilbert.* *dem.*



Aqui-

Aquilæ ſex, aureæ quidem, in parmula rubenti, fuerunt ſcutaria icon Caroli Martelli.

*Philibert. Monet.*



Totidem ſapphirini coloris, in lutea ſcuti pagina, ſunt Prvllyorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Sunt & aquilulæ mutilæ, hoc eſt roſtris & cruribus exutæ, quæ appellatione propria exprimuntur à Fecialibus, & has in pręſentia referam. Differunt autem eò potiſsimum ab aquilis, quas hactenus integras propoſui: quoniam apedes & ſine roſtris vſurpantur in re noſtra teſſeraria.

*Alerions, ou alelions, ou aiglons.*



*D'or a la fache d'azur accoſtée de trois aiglons de guenlles, 2. & 1.*

Ita eiuſmodi aquilulę tres puniceæ, circa faſciam cyaneam, in crocei luminis areola, ſunt Lorrixeorvm in Gallia. Totidem cyaneę, circa faſciam puniceam, in argenteo ſcuti valuulo, ſunt in Gallia item Hallenvillierorvm. Impreſsę deinde in faſcia ipſa argentea, totidem puniceę aquilulæ, intra parmulam cæruleam: cum ſtellis auratis tribus, quarum duæ in ſuprema nitent regione, tertiaque in ima cuſpide, ſunt Rimontiorvm à Rvpe pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*

*Marcus Gilb*



*D'or a la ba de gueulles ch gée de trois rions d'argen.*

Balteus puniceus, ternis ijs aquilulis argenteolis inuſtus, in lutea parmula, eſt Principvm Lotharingiae. Tres item aureæ, in balteo rurſus puniceo expictę, ſupra ſcuti aream argento illuſam, cum cyaneo tigillo ſupernè, quinquies pedato, ſunt Baioineorvm in Gallia. Aut totidem furuæ, in argenteo balteo, ſuccingente ſcuti valuulum puniceum, ſunt Hasebrontiae familiæ iterum in Gallia.

*Io. Iacob. Chi*

*Marcus Gil*

*Idem.*



Quaternas cyaneas haſce, truncas roſtris & cruribus ſuis aquilulas, circa Crucem coccineam, in parmula auro

ro

rcus G.lbert.

ro conſperſa, MARLII gerunt in Gallia.



'azur au che- d'argent char- le ſept aiglons ſable accom- ne d'vne gher d'or en pointe.

Cantherius argenteus, in cęſio ſcuti laterculo, inuſtus ſeptenis ijs aquilulis atris, cum aureo frumenti manipulo, in ima cuſpide, eſt PASTOVREAVIORVM in Gallia.

arcus Gilbert.



D'or a la croix gueulles can- nee de ſeize erions d'azur. & 4.

Sex ac denę cyaneæ, atque omnes apedes, roſtriſque deſtitutæ, circa Crucem ſimplicem puniceam, ſunt MONTMORENCYAE familię, in Gallia Belgioque.

Iacob. Chifflet.

Iam quod ſupereſt, vt maiores ad aquilas me rurſus referam, eas demum proponam, aut capite abſciſſas, aut dimidias; parteſque illarum etiam adijciam, quippe vſui rei noſtræ teſserariæ accommodatas.



Aquila furua & acephala, in aruo ſcuti argenteolo, eſt GEROLTOVVISKIORVM in Sileſia.

VVappenbuch.



D'argent au ſautoir de gueulles, accompagnè de quattre aiglettes ſans teſtes d'azur

Quaternæ acephalæ iterum aquilę ac cyaneę, circa puniceum decuſſim, in ſolo eiuſdem metalli argenteoli, ſunt in Gallia TERONNEAVIORVM.

Marcus Gilbert.



Aquila dimidia, ab ſummo quidem dirempta & argentea, in dextero ſcuti ſemiſse puniceo, cum lęuo ſe-

 miſse,

miſse, ſublicis ſex argenteis & puniceis lemniſcato, eſt ALEPRIORVM Florentiæ. *Vincent. Borghin.*



Eadem in priore ſemiſſe cyaneo, cum vacerris quatuor, aureis ac cyaneis, in ſemiſſe poſteriore, eſt rurſus Florentiæ BONACVISIORVM. *Idem.*



Furua dein aquila & dimidia, in dextero quidem ſemiſse aureo, cum furuo catello pariter dimidio ac numellato, in ſemiſse læuo perinde aureo, eſt Bononiæ CAMPEGIORVM. *Alphonſ. Ciaccon.*



At eadem, in ſemiſse læuo aureo, dimidia & furua, ſed roſtro & crure punicea, cum argenteo dextero ſemiſse, eſt TAPPENIORVM in Vveſtphalia. *VVappenbuch.*

Alio modo aquila dimidia, hoc eſt extans pectore tenùs, quæ à Fecialibus nominatur aquila exoriens. *Aigle naiſſant.*



Atra quidem, in ſcutaria coronide aurea, cum ſecta directè parmula, & à dextris punicea, à ſiniſtris argentea, eſt familiæ VIVALDAE Genuæ. *Auguſt. Franſon*



Ea-

Eadem inſuper diademata ; ſeu cum cetera ſcuti regione , ſenis inſtitis cyaneis & argenteis, tæniata, eſt Genuæ rurſùs CATANEORVM .

*Auguſt. Franſon.*



Seu cum ea regione, argento & ſabulo, ſenis ductibus ſcutulata, eſt ibidem familiæ GAVOTTAE .

*Idem.*

Quam eandem , ita enaſcentem aquilam furuam, in aureo apice Genuæ pariter, habent IVSTINIANI , cum caſtellulo argenteo ternis turriculis faſtigiato, in muricata ſcuti areola.

*Idem.*



*Trenchè d' azur & de gueulles au lion d'or ſur chacun; au chef de meſmes chargè d'vn aigle naiſſant de ſable couronnè d'or.*

VKENII verò in Belgio, aquilam adſimilem , ſed auro redimitam , gerunt perinde, in ſcutario apice item aureo, cum ima ſcuti regione, obliquè à dextris cyano & oſtro dirempta, & geminis leunculis aureis impreſſa .

*Io. Iacob. Chifflet.*



Alioquin ſolum aquilæ caput ſabuleum, in aurato ſcuti laterculo, eſt PREKLERORVM in Sileſia.

*VVappenbuch.*



Eius etiam alę geminæ, in parmula conchyliata , ſunt SEYMERORVM in Regno magnę Britannię.

*Vincentius Fecialis Anglus.*



Ala verò & pes illius, iunctæ ſimul , atque atramento expreſſæ, in ſcuti area prorſus argentea, ſunt MALIPIERORVM Venetijs.

*M. S. ex muſeis Romanis.*

*De auibus alijs ſymbolicis.*
*Cap. LVIII.*

PAR omninò videtur, vt aquilam, reginam & dominam, comitentur aliæ honorariæ aues, veluti ancillulæ, aut pediſſequæ. Inter has verò Cygnus offert ſe primo loco; tum quia prorſus decet; muſicum alitem anteire choros canoros volucrum ceterarum; tum etiam quia cygnus, par ira viribuſque, vel ſaltem felicitate pugnandi, eſt ipſiſmet aquilis: ſiquidem ſemper eas laceſſitus proſternit. Itaque occupat meritò proximos ei honores, in hoc volucrum cenſu, qui ad vſum inſtituitur rei noſtræ teſſerariæ.



*De gueulles au cygne d'argent becquè membrè d'or, ou de ſable.*

Cygnus itaque argenteus, roſtratus & cruritus auro, in muricata parmula, eſt in Vrbe Roma familiæ PARAVICINAE, & SCHVVANBERGIORVM in Imperio: cum roſtro autem & cruribus atris, eſt BOVLOGNAE maritimæ Vrbis in Gallia, & in Gallia item CYGNYORVM.

*Alphõſ. Ciaccon.* *VVappenbuch.* *Marc. Gilbertus.* *Alphõſ. Ciaccon.*



Argenteus olor, in ſcuti valuulo cyaneo, cum furuis cruribus & roſtro puniceo, eſt FOILLYORVM VILLEMEREVXIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert*



*Accollè d'vn couronne d'or.*

Argenteus perinde; cum inſerta collo eius aurea, ſeu armilla, ſeu corona, in eodem ſcuti valuulo, eſt inſigne STORMARIAE. *Io.Iacob.Chiffle*



Denuò argenteus olor, auro cruritus, in areola coloris praſini, eſt

in

in Gallia THOLONIORVM.

*Au cygne cou-*
*ronnè.*



Versùs læuam deinde incedens, argenteus olor, pedibuſque ater, in parmula veneta, eſt BEHREMIORVM in Haſſia; & in ea parmula punicea, eſt PARAVICINIORVM in Heluetijs. Balteo autem puniceo inuſtus, eſt DISKAVVIORVM in Milnia.

*Wappẽbuch, ſeu tesſerar. Gentiar. Imperij, totius Germ.*

*m.*

*em.*



Inſiſtens etiam praſino trimontio, olor aureus, roſtro efferens aureum annulum cum ſapphiro, eſt GROMPENIORVM in Sueuia.

*lem.*



Terni olores aurei, in cæſio ſcuti laterculo, ſunt MOBANTIORVM in Gallia. Totidem autem argentei, ſunt ibidem CHALIGAVLTIORVM: & cum roſtris cruribuſque coccineis, ſunt in Gallia pariter CLERCEIORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*

*Philibert. Monet.*

Vt aggregem oloribus ciconiam, pietate erga parẽtes inſignem auem, & dignam ideo, quæ teſſeris noſtris Heroicis inſeratur.



Occurrit ea bis repetita, & versùs læuam gradiens, cum innexis collo aureis diadematis: atque hæc eſt icon gentilitia SIGENHELMORVM in Bauaria.

*VVappenbuch.*



Vel vnica, eodem & metallo & ſitu expreſſa, ſed abſque diademate, atque in cærulea ſcuti areola; quæ eſt VTZLINGENIORVM in Sueuia.

*Idem.*

Vel



Vel argentea perinde ciconia, verſùs læuam item inambulans, ſed bicollis ac biceps, in area eiuſdem coloris cærulei; quæ eſt VVEILERORVM ad Rhenum.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Gruem præterea, vigilem alitem, ducibuſque idcirco, & fortibus viris amicam adijcio.



Quæ gradilis verſùs lęuam & argentea, in atro quidem clypeo teſſerario, eſt KRANICHEORVM à KIRCHEIMIO ad Rhenum.

*Idem.*



*D'azur a vne grue couronnèe d'argent ſur vne terrace de meſme*

Tumulo autem terræ argenteo inſiſtens, in ſcuti valuulo cyaneo, eſt VVESTENDORFIORVM in Bauaria.

*Marcus Gilb*



Ad hæc anates tres, roſtris & cruribus mutilę, colore autem furuæ, in ſolo argentei metalli, ſunt BAVDIMANIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbe*



Totidem puniceæ aues, apedes ac ſine roſtris, faſcię loco impreſſę, in lutea parmula, ſunt VALENIORVM in Vveſtphalia.

*VVappenbuch.*

Senæ



Senæ eodem ordine, ſed quarum tres puniceæ ſint in ſupero ſemiſſe argenteo, ac tres aliæ argenteę in imo ſemiſse puniceo, ſunt Neapoli familię SANFELICIAE.

*Philibert Căpa-le in teſſeris Nobilium.*



Denæ autem nigellæ, ac marginis loco diſtributæ, in parmula argento illuſa, ſunt in Gallia LESTICIORVM.

*Philibert. Monet.*



Totidem rubellæ, pariter marginis loco, ſed ſupra inſitas quinque argenteolas, quibus, & pariter inſitis quinque alijs cyaneis, vniuerſa ſcuti area ſulcatur, fuerunt in Regno Cypri familiæ LVSIGNANAE. *Andreas de Cheſ.*

Sedenim quia hæ perhibentur eſse merulæ, harum iam cenſum aliquem in medium adducam: ſimillimæ autem ſunt aquilulis, roſtro & crure vtroque mutilis, ac dumtaxat eò differunt; quod hæ vultu pleno, atque aduerſę ſoleant figurari.



Igitur merula nigella, in angulo dextero ſcutariæ coronidis aureæ, cum cetera ſcuti regione punicea, exarata vacerris ternis, ex vellere cymbalite, eſt CRECYORVM in Gallia. *Idem.*



Merulę tres iterum nigellæ, in ea ſcutaria coronide aurea, cum area ſcuti punicea, ſunt BELLANGRI.EORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Tres



Tres cyaneæ, in valuulo ſcuti aureo, ſunt Permarckeorvm.

*Marcus Gilbert.*



Totidem atræ, in aureo quidem ſcuti laterculo, ſunt Descampseorvm, Rochemailletorvm, & Vavlxiorvm in Gallia; & cum ora ſcuti, oſtro denticulata, Morvillierseorvm. At in aruo alterius metalli, ſunt Bereyorvm, & Kairveliorvm pariter in Gallia.

*Idem. Idem. Idem. Idem. Idem.*



Eædem, circa faſciam cyaneam, ſunt Corbieorvm pariter in Gallia.

*Marcus Gilber*



Circa ſcutarium verò cantherium, puniceum quidem, in ſcuti valuulo argenteolo, ſunt Ballvorvm: circa eum cantherium cyaneum, ſunt Cheartiorvm Bvzenvaliorvm: & denique Godeorvm, circa eum cantherium, ipſis merulis concolorem.

*Idem. Idem. Idem.*



Merulæ quaternæ argenteæ, circa decuſſim eiuſdem metalli, in muricata parmula, ſunt in Gallia Sarcvsiorvm. Puniceę circa decuſſim eiuſdem coloris, in crocei luminis areola, ſunt Movyorvm. In adſimili area cyaneæ, circa huius luminis alterum decuſſim, ſunt Baleniorvm. Atræ circa decuſſim cyaneum, in argentata parmula, ſunt in Gallia Tierceliniorvm.

*Idem. Idem. Idem. Idem.*

Sex



Sex merulæ aureæ, faſciam eiuſdem metalli ſuccingentes, in ſcuti alueolo conchyliato, ſunt VILLEDARDIO- *Marcus Gilbert.*
RVM : & GANDELVSIORVM totidem pu- *Idem.*
niceæ, circa puniceam eam inſtitam, in valuulo ſcuti aureo.



Totidem, aut aureæ, circa balteum perinde aureum, in coccinea quidem
*Idem.* parmula, ſunt TREMBLAYORVM, & in
*Idem.* ea parmula coloris praſini, ſunt BACHERIORVM in Gallia. Aut etiam ſabuleæ, circa puniceum balteum, in
*Idem.* parmula argento lita, ſunt CAMPRE-
*Idem.* MYORVM ; & GIACQVEORVM, circa cyaneum balteum, in eadem parmula auro conſtrata.



Septenę atræ, circa huius coloris tęniam, in argenteo ſcuti laterculo, ſunt VVAVENIESEORVM in Gallia. *4. en chef. 3. en pointe.* *Marcus Gilbert.*



Totidem coccineæ, circa ſcutarium capreolum item coccineum, in ſolo eiuſdem argentei metalli, ſunt in Gallia perinde AVMONTIORVM. *4. en chef. 3. en pointe.* *Marcus Gilbert.*



Octonę merulæ, coccineæ rurſus, in area ſcuti argenteola diſtributæ, quam faſcię tres coloris praſini cin- *3. 2. 2. 1.*

ciunt, ac ſupra ipſum argentum ſitę, ſunt Beavvillierorvm. *Marcus Gilbert.*



3. 3. 2. 1. Nouenæ, furui coloris omnes, in argentato clypeo teſſerario, ſunt Morainvillierorvm. *Marcus Gilbert.*



4. 2. 3. Totidem puniceæ, in aurata parmula, faſcijs duabus puniceis præcincta, ſunt familiæ à Melo. *Idem.* Aut etiam atrę, circa eas faſcias argenteas, in areola oſtro expicta, ſunt Milieorvm. 4. 2. 3. *Idem.*



Denæ argento expreſſæ, in muricato ſcuti alueolo, ſunt Dreeorvm. 4. 4. 2. *Marcus Gilbert.*



Sex ac denæ pulli coloris, circa Crucem concolorem, in argentei luminis laterculo, ſunt in Gallia Monsignyorvm. 4. & 4. *Idem.*

At hę ſymbolicæ merulæ, aream ambiunt frequenter, inſtar limbi.



*A l'orle de merlettes.*

Quopacto puniceæ merulæ, octies repetitæ, in ſcuti valuulo argentato, ſunt Hayeorvm Passavantiorvm: ſabuleæ autem ſunt Astreorvm: & puniceę cum huius coloris faſcijs duabus, in valuulo eo argenteo impreſſis, ſunt Fresnayeorvm. *Marcus Gilbert. Idem. Idem.*

No-



Nouenæ rurſus puniceæ, in parmula
4. 2, 3. ita expicta, ita tæniata, ſunt familiæ à Merlo: ac pariter limbi regionem inſident puniceæ totidem apedes auiculæ, quas dedimus in regia teſſera Lvsignanorvm.

*Marcus Gilbert.* Alioquin merulas habent, marginis loco, abſque numero præfinito, puniceas quidem, in ſcuti valuulo aurato, Chemilii & Dargiesii; atque in eodem valuulo ſabuleas Molaii; puniceaſque rursùs Sommerevxii, in valuulo alterius metalli. Argenteas in ſcuti area punicea, faſcijs duabus argenteis deſcripta, Fresneavii Pierrefortii pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert.* *Idem.* *Idem.* *Idem.*

Sed redeo ad integras atque inſtructas ſuis præſidijs aues, & primùm aliquot ex eis commemoro, quæ ſunt venatoribus gratæ.



Herodius cyaneus, qui faſciæ loco ab uolat alis explicatis, in pagina ſcuti argenteola, eſt Herondoniorvm in Regno magnæ Britanniæ. *Io. Gulielm Angl.*



Aureus verò, in parmula coloris veneti, eſt Beveraviorvm in Gallia. *Marcus Gilbert.* Vel argenteus in eadem parmula, eſt ibidem Chevalierorvm. *Marcus Gilbert.*



Accipiter, olim & Apollini ſacer, propter miram eius in volatu pernicitatem, & Marti etiam dicatus, vtpote pugnax & prædæ auidus, ex qua nomen accepit; Regibus Perſarum autem familiaris adeo; vt ferrent in paludamentis intextam opere phrygio iconem eius; quippe auis in obtutu perſpicaciſſimæ: quæ videtur dos præcipua Regum ac Pincipum ſupremorum, Hic inquam accipiter, teſſeris noſtris Heroicis perquam accommodatus.



Aureus quidem, atque argento inſuper coronatus & cruritus, explicatiſque ad volatum alis, in muricata parmula, fuit ATHILAE Regis Hunnorum. In ſcuti valuulo autem cyaneo, cum ocularibus aureis, eſt in Gallia BRETHOVILEORVM, & ibidem TONNELIERORVM. Loro inſuper argenteo vinctus ad eiuſdem metalli perticam, cum argenteis ocularibus, argenteus ipſe accipiter, in area item luminis veneti, eſt LEAVMONTIORVM PVIGAILLARTIORVM in Gallia.

*Philibert. Monet.*
*Grillettè d'or.*
*Marc. Gilbertus.*
*Marcus Gilbert.*
*Eſperuier à vol eſtendù perchè liè d'argent grillettè de meſme.*
*Marcus Gilbert.*



*Sur vne perche de gueulles membrè grillettè d'or.*

Cyaneus accipiter, perticæ inſiſtens puniceæ, cum ocularibus cruribuſq; auratis, in parmula argentata, eſt ESPERVIERORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



At argenteus accipiter, baiulatus manu, quæ ex nubecula emergit item argentea, in dextero latere parmulæ puniceæ, eſt FRAMESIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



*Echapperonès grillettes d'or.*

Aurei tres accipitres, cum petaſis & ocularibus item aureis, in cæſij luminis laterculo, ſunt MARCOTIORVM pariter in Gallia. Argentei verò, & cum ocularibus aureis, in adſimili areola, ſunt ibidem GVIBERTIORVM.

*Marcus Gilbert.*
*Idem.*



Acci-

Accipitres quaterni argentei, circa Crucem auream, in parmula ſapphirini coloris, ſunt SAVTERAVIORVM in Gallia.



Ad hęc ſabuleum falconem, volantemque verſus læuam, in ſolo aurei metalli, habent pro gentilitia icone FALKENII in Vveſtphalia; FALKENSTEINII verò in Alſatia, ternos falcones gerunt, aſſidentes atque argenteos, in parmula cærulea.

ppenbuch.

n.



ſinople au fal. ſurmontant- per drix d'or.

At aureus falco, adoriens perdicem auream, in praſina ſcuti areola, eſt SAINCT-DELINIORVM in Gallia.



Aſteria auis, argento expreſſa, & præferens roſtro praſinum oleæ ramum, auro leuiter illuſum, in aruo luminis cyanei, fuit CARIMERI Galliæ Cancellarij. Philibert. Monet.



In eo etiam ſcuti laterculo, columba argenteola, veluti alas ad volatum expediens, eſt familiæ DE RVSTICIS in Vrbe Roma. Andreas de Ryet



Cum alis verò adductis, cætera ſimilis

milis, eſt in eadem Vrbe familiæ
*Marcus Gilbert.* PALOMBARAE : & PALOME-
*M. S. ex Muſæis Romanis.* GVESIORVM in Hiſpania ; ſed
*Marcus Gilbert.* cum adiecto ſcuti margine cocci-
neo, aureis octonis decuſſibus inu-
ſto. Auro autem radiata ſeu cir-
cum-affulgens, eſt ALEMANIORVM
*Vincent. Borghin.* Florentiæ.



Argentea rurſus, in ſcuti valuulo
muricato, ac roſtro attinens oleę ra-
mulum praſinum, cum quadrifida
punicea laciniola ſupernè, inum-
brante tria aurata lilia, eſt Romæ
*Alphōſ. Ciaccon.* PANPHILIORVM.



Columbæ duæ gradiles, in parmula
ab ſupero angulo dextero dirempta,
& ſupernè argentea, infernè atra,
cum qua illę variant iubar vtriuſque
*VVappenbuch.* coloris ac metalli, ſunt VVIPPACHIO-
RVM in Thuringia.



Tres columbæ argenteæ, in areola
colore glauco expicta. ſunt COLO- *Marcus Gilb*
MEORVM.



Columbuli ſex punicei, in argentei
metalli alueolo, ſunt in Gallia CLIN- *Idem.*
CHAMPSEORVM.



Coruus ater, in aureo quidem ſcuti
laterculo, eſt CORVINIORVM in Vrbe *M.S.ex Muſ*
Roma; in ſolo autem argentei me- *Romanis.*
talli, eſt in Gallia GEDOINIORVM. *Marcus Gill*

Terni



*Guliel. Anglus* Terni atri coruuli ; in lutea parmula , ſunt Vvattoniorvm in Regno magnæ Britanniæ.



Quini concolores , in eadem parmula, ordine ſuo decuſſim referentes , ſunt familię Corverae in Hiſpania.

*ſaluus Argo. de Nobilitate rica.*



Corniculæ tres ſabuleę, auro cruritæ ac roſtratę , in argentea ſcuti pagina , ſunt Cornillaniorvm in Gallia.

*m.*



Totidem perinde atrę , in balteo aureo impreſſæ , ſupra muricatam parmulam , ſunt Bavmeorvm Cornillaniorvm iterum in Gallia. *Idem.*

Gallus, ales domeſticus quidem, ſed militiæ magiſter tamen, ac magnum belli documentum , intereſt iure ſuo etiam ipſe his familiarum nobilium ſymbolis.



Gallus itaque puniceus , quodammodo cantillare incipiens , cum affulgente poſt eum ſydere , intra orbem cyaneum , in alueolo ſcuti argenteo , eſt Gallvcciorvm in Vrbe Parthenopæa.

*Philibert. Cãpanile in teſſeris Nobilium.*

Puni-



Au coq contourné barbé, cresté & membré d'or.

Puniceus perinde, in eodem ſcuti alueolo, ſed versùs læuam gradiens, cum criſta barbula & cruribus auratis; eſt Blareriorvm à Gilsbergio in Sueuia, & Plaresiorvm à Vvartensee in Heluetijs. Argenteus, ſed coccino criſtatus & barbatulus, cliuoque inſiſtens praſini coloris, in area atramento aſperſa, eſt Handleorvm in Stiria. Ater ac rurſus versùs læuam inambulans, cum criſta & barbula coccineis, in valuulo ſcuti aureo, eſt Stockeliorvm ab Hertenbergio in ditione Tirolenſi. Seu colore, ſitu, criſta, & barbula ſimillimus, niſi quod inhæreat dextero pede, in rupe triiuga ſabulea, intra ſolum argentei metalli, eſt Sprechensteiniorvm in ditione Tirolenſi.

VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.

Idem.

Idem.

Idem.

Io. Iacob. Chifflet.



Furui coloris gallus, in parmula auro conſtrata, eſt Schombergiorvm in Gallia.

Marcus G



Galli duo pugnaces, & duello feroces, ambo ſabulei, ſed criſtis barbuliſque punicei, ſupra ſublicium pontem dimicantes, in flaua theatri, ſeu ſcuti arena, ſunt Stegerorvm à Ladendorfio in Auſtria.

VVappen.



Terni aurei, in cæſio ſcuti alueolo, ſunt Coqveorvm; cum roſtris autem criſtis, barbulis, & cruribus coccineis, ſunt Chaponayorvm in Gallia; Coccinei autem ipſimet, in ſcuti alueolo inaurato, ſunt Rvsselliorvm Medavideorvm iterum in Gallia.

Marcus G

Idem.

Idem

At



At ſoboles eorum pulluli ſabulei, terniq; in aureo ſcuti laterculo, ſunt Venetijs POLLINIORVM.

*S. ex Muſais manis.*



Noctua, ſapientiæ vetus ſymbolum, doctarumque Athenarum olim hoſpita, argento illuſa, & auro diademata, versùs læuam adſpiciens, atq; inſiſtens bacillo praſino, in area coloris veneti, eſt GRVNDEROTEORVM ad Rhenum.

*appenbuch.*



Pſittacus auis argutula, atque etiam humanitùs garriens, cum plumularum ſuarum praſino, hoc eſt natiuo ſchemate, aureaque numellula, & roſtro cruribuſque puniceis, eſt PVCHENAVVIORVM in Haſſia. Alius conuerſus in læuam, & perinde praſinus, ſed oſtro numellatus, atque inſuper terræ tumulo atro inſiſtens, eſt VRISBERGEORVM in Brunſuuigia.

*VVappēbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Idem.*



Pſittaci duo praſini, cum aureis numellulis, ſibique aduerſi, atque in aurea ſellula conſtituti, intra parmulam conchyliatam, ſunt HVRTERSHAVSENIORVM in Haſſia. *Idem.*



Pſittaci perinde virides quinque, oſtro tamen numellati & cruriti, in parmula crocei nitoris; ſunt BERLEPSCHIORVM pariter in Haſſia. *Idem.*



Septeni eiuſdem coloris, & in ſolis cruribus punicei, loco marginis diſpoſiti, in argentea parmula, ſcutulo alio puniceo inuſta, ſunt BORNELIORVM, & THIENBROVNEORVM in Gallia.

*Inſignia auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*



Galeritæ quinque aureolæ, ac diſpoſitę in decuſſim, intra ſapphirini coloris parmulam, ſunt vetus teſſera AVSTRIACORVM: aliter tamen eas collocat Ioannes Iacobus Chiffletius; hoc eſt binas in ſumma, totidem in media, & vnam in ima ſcuti regione.

*Marcus Gilbert.*

*In cenſu Equitum Velleris aurei.*



Coturnices ternæ coloris furui, circa teſſerarium capreolum puniceum, in aruo argentei metalli, ſunt CVILLARVILLEORVM in Gallia.

*Marcus Gilb*



Cicadula nigella, in balteo aureo expreſſa, ſupra ſcuti alueolum coccineum, eſt familię GRILLAE in Vrbe Genuenſi. Et hanc equidem receptui canere, in tam longa auium recenſione iuberem; niſi principium olor dediſſet: cui vtique olori cantare pares, ex volucrum grege, luſciniæ ipſæ non videantur: & cum eo interim olore cicadulam ego iàm compararem? Vt maiore igitur cum gloria cenſum earum abſoluam, par nobile alitum adhuc adiiciam, in quibus etſi cantus deeſt; ſaltem Heroica quædam, ſeu pompa, ſeu virtus non deſideratur.

*Auguſt. Fran*

Horum



Horum alitum alter eſto aureus pauo, cum oculata cauda, in orbem explicata, intra ſcuti areolam cyaneam: atque hæc eſt gentilitia icon familię Sancti Pavli in Gallia.

*Inſignia Auratorum Equitū Spiritus Sancti.*



Alter eſto pelicanus argenteus, cum argenteis pullulis ſuis, in ſapphirini coloris valuulo: atque hoc ſtemma eſt Pilareniorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Idem pelicanus puniceus, cum puniceis pullulis & nido, intra auratam parmulam, cuius in vertice ſcutario cęruleo, vernant aurata tria lilia, eſt in Gallia pariter Camvsiorvm.

*Idem.*

Demum in Regno magnæ Britanniæ Collegivm etiam Corporis Christi Cantabrigię habet pro teſſera pelicanum pulluloſque & nidulum eius ex auro, in puniceis primo atque vltimo tetrante, parmulę quadripartitæ: in cuius duobus aliis tetrantibus cæruleis, argentea tria lilia reperiuntur.

Sedenim aues, non ſe ipſas dumtaxat, verùm & alas & plumas etiam conſecrant his teſſerariis ſymbolis.



*D'azur au vol d'argent.*

Ala ideo argentea, in parmula cyano expicta, eſt familiæ Bevilacqvae Ferrariæ.

*Alphonſ. Ciaccon.*



*D'or à la barde d'azur chargee de trois demi-uols d'argent.*

Alæ tres rurſus argenteæ, in balteo cyaneo impreſſæ, ſupra valuulum ſcuti aureum, ſunt Gentoniorvm in Delphinatu,

*Marcus Gilbert.*



*D'argent a la faſche d'azur accompagnee de deux vols de meſme.*

Quaternę cyaneæ, circa inſtitam eis concolorem, in argenteo ſcuti alueolo, ſunt Peruſiæ familiæ BONTEMPAE. *Andreas de Ryet.*



At pennæ tres argenteę ſtruthio-cameli, ita diſpoſitæ in Y litteram Pythagoticam, vt tubuli earũ coeant in corde areæ puniceæ, aureoque nummo Byzantino, quaſi fibula ibi iungantur, ſunt HARRACHIORVM in Imperio. *Io.Iacob.Chifflet.*



Pennæ ſtruthio-cameli ſex, furui coloris, in laterculo argentei metalli, ſunt IERVISEORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Io.Gulielm.Angl*

*De Sole Luna & alijs aſtris teſſerarijs. Cap. L I X.*

VOLVCRVM alis inſtrui paulo ante voluiſſe propemodum conſultò videar, quia eſt mihi iam per Cælum eundum. Sol ſyderum & Dux & Princeps, ſicuti par eſt, inter alia, quæ nunc ſectamur, lucida ſymbola, primus oritur, ſuique nitoris pompam explicat; quippe Mũdi oculus & lampas: pingitur verò ſemper radiis circumfuſus duodenis, iiſque partim rectis, partim autem criſpatis & ſinuoſis.



Sol aureus, in cæruleo ſcuti laterculo, eſt BREITONACKERORVM in Alſatia. In puniceo autem clypeo teſſerario, cum ora eius, vda argenteis lacrymulis, eſt ROIBOVRSIORVM in Gallia. *VVappenbuch.* *Marcus Gilbert.*

Sol



Sol puniceus, veluti exoriens ex monte praſino, in parmula argenteola, eſt SONNENBERGIORVM in Heluetijs.

*Pappenbuch.*



Sol ab angulo dextero, partitione diagonia ſectus, & ſemi-aureus in ſupero ſemiſse cyaneo, ſemi-cyaneus verò in aureo imo ſemiſſe, eſt VVOLGSCHAFENIORVM in ditione Tirolenſi.



Soles aurei tres, in areola coloris veneti, ſunt TRESSBOLORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Soles quaterni & purpurati, circa cyaneam Crucem, impreſſam in lutea parmula, ſunt HARAVLTIORVM CHEVERNIORVM iterum in Gallia. *Idem.*

Ceterùm & ſunt, qui in ſcutaria coronide, ſicut AMELOTII, BRETINIERII, HALIGREI, VERGERIIQVE, & ſunt qui in ima cuſpide gentilitię ſuæ iconis Solem habent, ſicut DREVXII in Gallia. *Idem.* *Idem.*



Singulariter IOVRII, pariter in Gallia, cum in parmulæ quadripartitæ tetrantibus primo vltimoque puniceis, vacerras duas aureas præferant, in aureis tetrantibus ſecundo ac tertio, dumtaxat emicantes Solis radios, & veluti Auroram figurant. *Idem.*

Luna alterum Cæli decus, ac no-

ctis

ctis præſes, etſi admodum frequens eſt, in his familiarum nobilium teſſeris: quippe olim, apud Romanos, apud Arcades, apud Hebræos ſolita in calceis geſtari, vti nota ingenuorum; imo amica templis & hominibus ſacris, quod apud Hebræos eoſdem teſtantur lunatæ Pontificum cidares, ſeu tiaræ: attamen numquam orbe pleno, in ſymbolis ijs

*Parte 3. cap. de luna.*

gentilitiis inuenitur: quòd ſanè miratur meritò Marcus Gilbertus. Atq; is etiam Auctor putat, haſce tam crebras lunas teſſerarias, eſse indicia & monumenta victoriarum, de Thracibus, deque Mauris, vel Afris.

*1. Montant.*
*2. Renuersè.*
*3. Tournè.*
*4. Contou nè.*
*5. Tournè en bande.*

Interim quia, vt dixi, numquam orbe pleno, verùm exſerens cornua ſemper pingitur: aut ſurrigit ea ſurſum; aut deorſum deprimit; aut vibrat nunc dextrorſum, nunc ſiniſtrorſum; aut demum inflectit obliquè versùs angulum baltei dexteri: & omnis ea lunæ conformatio peculiarem ſortitur apud Feciales appellationem.



*D'azur au croiſſant d'or, renuerſe, ou montant.*

*VVappenbuch.*

Aurea luna, deorſum inflectens cornua, in ſcuti valuulo cyaneo, eſt Pforteniorvm in Miſnia: erectis verò cornibus, & aſtro perinde aureo

*Marcus Gilbert.*

inſeſſa, eſt Champignyorvm in Gallia.



*De ſinopl… croiſſant mon… d'argent.*

Argentea in praſino ſcuti laterculo, eſt Othomannorvm Tyrannorum in *Marcus Gil…* Thracia; ſurrectis nempe cornibus, quod ſemper intelligi debet, dum aliud eius diſcrimen non exprimetur. In veneta dein parmula, ſeu cum aſtris tribus pariter argenteis, quæ circa eam fulgeant, eſt Qvera- *Idem.* lio-Glissoniorvm in Gallia: ſeu cum aureis cruculis recruciatis, atque in ſcapo imo cuſpidatis, nunc ſenis, nunc octonis, ſatis in eadem ſcuti areola cyanea, eſt primo Sancerreo- *Idem.* rvm ac dein Bveilorvm. In alueolo *Idem.* autem coccineo, luna eadem argenteola, & ſtellæ duæ præterea ex eodem metallo, in coronide ſcutaria, ſunt Verni-Vavvrilleorvm iterum *Idem.* in Gallia.



At Romæ argentea luna, in medio parmulæ ſapphirinæ, inter globos

tres

treſ puniceos, aurea cruce obſignatos, cum limbo aſperato denticulis, partim argenteis, ac partim ſapphirinis, eſt familiæ GABRIELIAE.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Vt non repetam, quæ de leonibus, prehenſam falculis lunulam præferentibus iam dixi: quibus adijcere poſſem leonem ſabuleum, cum aurea in pede altero lunula, coronatum linguatum vngulatum auro, in parmula, tæniolis tranſuerſis argenteis & puniceis virgata: quæ eſt icon gentilitia VILLERSEAVXIORVM in Gallia. Aut puniceum leonem, cum furua in pede lunula, ſupra ſcuti aruum argenteolum; quod eſt in Gallia ſcutarium inſigne BRESLAYORVM. Vt hæc inquam non repetam, pergo ad lunulas etiam coloratas.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*



*Vaire au croiſſant de gueulles.*

Punicea luna, ſupra ſcutariam alutam, ex vellere cymbalite, eſt in Gallia FRESNAYORVM. Eadem in coeunte vtraque cuſpide, pinnularum duarum acutarum, quæ inſtar cantherij aurei inclinantur, iunguntur que, intra cæſiam ſcuti areolam, cum eius argenteo apice, puniceis coronis tribus inuſto, eſt in Gallia ESTAMPEORVM.

*Marcus Gilbert.*

*A deux gyron d'or mis en cheuron,*

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*

Seu luna item punicea, in faſtigio ſcuti aureo ſita, cum ſabulea cetera eiuſdem ſcuti regione, argenteoque in ea leone: quę eſt COVRTINIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Seu inter atra terna trifolia, conſita in ſolo argentei metalli, rurſus luna punicea, eſt item in Gallia DAVBRAYORVM.

*Idem.*

Seu etiam in ſcutario vertice aureo, punicea iterum luna, cum gemino ſydere concolore, aliſque duabus aureis, in ima regione parmulæ cyaneę; quę eſt ESPLANIORVM perinde in Gallia.

*Idem.*



Ad hęc luna cærulea, in argenteo medio alueolo, quem ambit margo duplaris, prominulis denticulis aſperatus, primò quidem argenteis & cæruleis, dein argenteis & puniceis, poſt interiectum marginem alium ſimplicem ac puniceum, eſt in Vrbe Roma MVTORVM DE PAPAZVRIS.

*M. S. ex muſæis Romanis.*



*Le primier briſè d'vn croiſſant d'azur.*

Cærulea eadem lunula, impreſſa in

primo

primo & ſupremo, ex tribus aureis cantherijs, coccineam ſcuti areolam ſulcantibus, in Gallia eſt Crevecoevrorvm.

*Marcus Gilbert.*



*D'or au croiſſant de ſable.*

Atra inſuper luna, in crocei nitoris alueolo, eſt Stockhornerorvm in Auſtria.

*VVappenbuch.*

Sed inueniuntur etiam lunæ pellitæ, vittatæ, ac teſſerulis vermiculatæ.



*De gueulles au croiſſant d'hermines.*

Seu ex hermionico vellere, in conchyliata parmula; quę eſt familiæ à Porta De Veziniis in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



*De gueulles au croiſſant de vair*

Seu ex vellere petaſite, in eiuſdem coloris areola; quæ eſt in Gallia pariter Mevreorvm.

*Andreas de Ryei*



*De gueulles au croiſſant burel d'argent, & d'a zur.*

Seu virgata lunula, tæniolis argenteis & cyaneis, in parmula item rubenti: quæ eſt Trealivm Gorayorvm in Aremoricis.

*Marcus Gilbert*



Seu inuerſa lunula, & quadris duorum limitum aureis furuiſque ſcutulata, in ſemiſſe ſupero argenteo,

cum ſemiſſe imo ſcutulis eiſdem impreſſo: quæ icon gentilitia eſt familiæ à Lvna, in Hiſpania & in Regno Parthenopęo.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



*A deux croiſſants adoſſés.*

Vt lunulas proſequar **numero plures**: binæ inuicem auerſę aureæque, in ſcuti valuulo atro, ſunt Leiserorvm in Stiria. Argenteæ in ſcuti eodem nigrore, ſunt Feirtagerorvm in Auſtria. Atræ lunulę ipſæ, nunc in aureo ſcuti laterculo, ſunt in Auſtria perinde Interserorvm; nunc in eo laterculo alterius metalli, ſunt itidem in Auſtria Herlingspergiorvm.

*VVappenbuch. Idem. Idem. Idem.*



*D'azur a la bande d'argent accoſtee de deux croiſſants de meſme.*

Binæ rurſus lunulæ teſſerariæ, argenteęque, verùm aliter diſpoſitæ, hoc eſt circa eiuſdem metalli balteum, in fucata glaſto parmula, ſunt Porte-Bovillieorvm Trebitiorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



*Au croiſſant tourné en bande.*

At in tetrante primo vltimoque cyaneo, parmulæ quadrifariam diremptæ, iterata lunula aurea & prona in dexterum latus, cum tetrantibus ſecundo ac tertio, ſcutulatis argento & oſtro quinque limitum, eſt Vitelliorvm in Ethruria.

*M. S. ex muſæis Romanis.*

Tres deinde ſi fuerint lunulę teſſerariæ; nunc vna ſerie omnes ordinantur.



Vti aureæ in ſcutario apice, parmulæ, omnino cyaneæ, quam euincit mediam faſcia item aurea, in gentilitia icone Hvillierorvm Intervilleorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



*A trois croiſſants renuersès en pal.*

Vel totidem argenteę lunulæ, proniæ deorſum, atque inſtar ſublicæ teſſerariæ inuicem ſuperpoſitæ, in alueolo ſapphirini coloris : quod ſtemma in Vrbe Roma eſt familiæ NARAE.

*Alphōſ. Ciaccon.*



*A trois croiſſants tournès.*

Vel aureæ tres, in faſcia muricata impreſſæ, ac flexæ verſus dexteram, intra valuulum eiuſdem aurei metalli. Quod ſchema Florentię eſt familię STROZZAE. In ſcuti alueolo autem cyaneo, cum ſydere aureo, in ſcutaria coronide, & cum dimidio atro leone in ima cuſpide, ſunt in Gallia BERNIERESEORVM.

*Alphonſ. Ciaccon.*

*Marcus Gilbert.*



*La cotice de gueulles chargèe de trois croiſſants d'argent.*

Vel tres argenteæ, in exiliore balteo puniceo, ſupra leonem aureum, oſtro linguatum, & vngulatum ſabulo, intra cæſij luminis areolam: quod inſigne teſſerarium, eſt CHASTILLONEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Nunc eæ lunulæ tres diſtribuuntur duplici ſerie, & binæ in ſumma regione nitent, tertia eſt in ima cuſpide. Quo pacto.



Aureæ lunulæ tres, in parmula oſtro expicta, & prætextata denticulis auro atque iterum oſtro illuſis, ſunt CRESCENTIORVM in Vrbe Roma.

*Alphonſ. Ciaccon.*

Aureæ



Aureæ rurſus, ſed in ſcuti alueolo cyaneo, ſunt Labyeorvm in Gallia.

*Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*



Argenteæ in puniceo ſcuti laterculo, ſunt in Gallia Vassenareorvm.

*Marcus Gilbert.*



Et in ſcuti aruo cyaneo, ſunt ibidem Fressavcovrtiorvm.

*Idem.*



Cum inſtita verò argentea interpoſita, totidem argenteæ lunulæ, in adſimili alueolo, nempe cyaneo, ſunt Senę in Ethruria Tolemeorvm. Quod ſi inſtita fuerit auro illuſa, atque inuſtæ inſuper ſydere puniceo; erit ſtemma gentilitium Barresiorvm Rvffeorvm in Gallia.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*Marcus Gilbert.*



Totidem aureæ lunulæ, circa ſcutarium argenteum cantherium, in ſolo luminis cærulei, ſunt in Gallia Dieneorvm. Cum hæ autem lunulæ, quas modò recenſui, ſurrigere omnes cornua, versùs apicem ipſius parmulæ videantur.

*Idem.*



*A trois croiſſants tournès en bande*

Pronę ſunt in dexterum eius ſupremum angulum, argenteæ lunulæ tres, intra valuulum luminis cyanei: quod ſtemma gentilitium Florentiæ eſt familiæ DETAE. *Alphõſ. Ciaccon.*



*A trois croiſſants tournès:*

Totidem puniceę, quæ reſpectant omnes latus dexterum parmulæ argenteolæ, ſunt BODENHAVSENIORVM in Brunſuuigia. *VVappenbuch.*



*A trois croiſſants renuersès.*

Flexæ deorſum tres item lunulę argenteolæ, in aruo ſcuti puniceo, ſunt VVASENAREORVM in Belgio. *Io. Iacob. Chiffl.*



*A trois croiſſants affrontes 2. & 1*

Sed argenteæ lunulæ tres, aduerſæ omnes, hoc eſt in ſe inuicem vibrantes cornua, intra cæruleam ſcuti areolam, ſunt familiæ LVNATAE in regione Tranſpadana. *Andreas de Ryet*



*A trois croiſſant. addoſsès.*

Secùs auerſæ ſunt, atque humeros committunt, in ſimili areola, lunulæ aureæ tres, ex quibus prima supernè, infra eam verò geminæ aliæ fulgent: quæ icon teſſeraria eſt IOSTLEORVM in Stiria. *VVappenbuch.*

Qua-



Quaternæ aureæ lunulę, ſummo, medio, & imo loco ſitæ, ex quibus tertiam aurei antici pedes leonini arripiunt, in alueolo veneti coloris, ſunt in Vrbe Roma familiæ BONADIES. *S. ex Muſæis ...manis.*



Aureæ eædem lunulæ quaternę, & inter eas binas ac binas, faſcia perinde aurea, ſtellulis ternis cyaneis impreſsa, in ſcuti alueolo muricato; ſunt FRANQVETOTIORVM pariter in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Totidem argenteæ, circa decuſſim aureum, in ſcuti alueolo cyaneo, ſunt in Gallia VENOTIORVM. Circa gladios autem geminos, decuſſatim traiectos & argenteos, cum aureis manubrijs, ſunt ibidem CONGNETIORVM TVILLERIEORVM. *...rcus Gilbert.* *...em.*



Quinæ rurſus aureæ lunulæ, in Cruce cyanea expictæ, ſupra parmulam argento illuſam, ſunt Senæ in Ethruria PICCOLOMINEORVM. Argenteæ totidem, & in ſingulis earum ſtellulę aureæ, intra coloris veneti areolam, ſunt VILLAMARINORVM in Hiſpania. *Alphonſ. Ciaccon.* *Conſaluus Argote de Nobilitate Bœtica.*

Senas



Senas argenteas lunulas, in parmula cyanea, quam ambit argenteus & cyaneus limbus denticulatus, pro ſtemmate ſuo gerunt in Vrbe Roma IACOBACCII.

*Lapides Sepulchrales, & Alphonſ. Ciaccon.*



Totidem puniceas, ſupra inſtitas tres argenteas, quas inſtitæ aliç tres puniceæ antecedunt, habent pro icone gentilitia Romæ pariter STEPHANESCHI.

*M S. ex Muſeis Romanis.*



*Croiſſants tournès en bande.*

In parmula verò obliquè, ab ſupero angulo dextero dirempta, nubiloſa, & ſupernè punicea, infernè argenteola, cum limite nubium aureolo, lunulæ tres, hìc puniceæ, illic argenteolæ, ſunt Romæ rurſus familiæ CENCIAE.

*Alphōſ. Ciac*

Iam ne diutiùs ſtellæ differant, lunam, hoc eſt ducem ſuam ſequi; has etiam vigiles Mundi faces expromam, ſanè aptas militaribus Nobilium Virorum teſſeris exornandis; vtpote quæ ordine pulchro exoriuntur, ſtationem ſeruant, & noctu veluti excubias agunt; ex quo etiam fit, vt ſacro elogio, militia Cæli nominentur.

Portò has noſtras teſſerarias ſtellulas, exiſtimat Marcus Gilbertus Deuarennius radijs quinque vt plurimum ſcintillare, aitq; ita pingi eas debere, vt vno radiorum rectà collineent, in aream ſummam & mediam parmulæ ſymbolicæ, in qua figurantur. Alij putant vel ſenos radios, vel octonos, vel ſex ac denos numerari poſſe: conſtat verò ſeptenos raro admodum inueniri.

Dabo ſingularum paradigmata; & ſubdam etiam earum choros, ad ſpecimen ſimul claritatis, ſimul nobilitatis.



Aurea

Aurea ſtella quinque radiorum, in ſcuti alueolo cyaneo, eſt Fvmechoniorvm in Nortmandia. Aurea rurſus, ſed vel in media coronide ſcutaria, & iuxta balteum puniceum, qui argenteam ſcuti aream aſtringit, eſt in Gallia Terrailiorvm. Vel in angulo dextero honorario, eiuſdem ſcutariæ coronidis, intra parmulam oſtro auroque quadripartitam, eſt Vereorvm Comitum Oxfordię, in Regno magnæ Britanniæ.

...u: Gilb.rt



Sex radiorum aurea ſtella, in ſcuti laterculo ad perpendiculum dirempto, & à dextris coccineo, a ſiniſtris cyaneo, eſt Hopplerorvm à Langenhartio in Sueuia. Vel ordine præpoſtero, in ijſdem areæ bipartitæ coloribus, eſt Prevosteorvm in Heluetiis. Supra colles autem ternos argenteolos, ſtella eadem aurea, intra cæſiam parmulam, eſt in Sileſia Sternbergiorvm.

...penbuck.



Septem radiorum aurea ſtella, in aruo ſcuti ſapphirino, eſt Knocheniorvm in Marchia: VVappenbuch.



Binæ aureæ ſtellulæ, in ſcutario apice cyaneo, ex quo manat eiuſdem coloris balteus, in ſcuti valuulo aureo, ſunt Cortesiorvm Mutinæ. *Andreas de Ryet.*

Totidem aureæ ſupernè, in cyanea parmula; vel iuxta teſſerarium cantherium aureum, cum agno argenteolo in ima cuſpide, ſunt in Gallia Segvierorvm; vel iuxta eum cantherium argenteum, cum ala ibidem aurea, ſunt in Gallia pariter Gobeliniorvm. *Marcus Gilbert.* *Idem.*

Stel-



Stellæ aureę tres, in apice ſcutario cyaneo, cum alueolo ſcuti aureo, faſcijs cyaneis duabus lemniſcato, ſunt
*M. S. ex Muſæis Romanis.* familię CEVOLAE in Vrbe Roma. Vel cum eo alueolo aureo, balteis puniceis tribus virgato, ſunt in Gal-
*Marcus Gilbert.* lia MONPENSATIORVM. Vel cum praſina oleæ arbuſcula, item in ſolo aureo conſita, ſunt perinde in Gallia LAVRENTIORVM. Vel in ſcutario api-
*Idem.* ce puniceo, cum cyanea ima regio-
*Idem.* ne, & cum apro ibidem aureo, ſunt MAVPEOVIORVM DE ABLEGESIO in Gallia. Vel in eo apice atro, cum argentea dein area, faſciis atris dua-
*Idem.* bus tæniata, eſt LAVALEORVM in Burgundia.



Stellę rurſus aureæ tres, in ſcutaria ſublica punicea impreſſæ, ſupra auratam parmulam, ſunt Senę in
*Andreas de Ryet.* Ethruria PETRONIORVM.



Eędem expictæ in balteo puniceo, ſed munito aureis laciniolis, ſupra ſapphirini coloris areolam, ſunt familiæ ARCIMBOLDAE in Inſubria. In *Andreas de [...]*
balteo puniceo, aſtringente ſcuti paginam argenteolam, ſunt EVRREO- *Marcus Gi[...]*
RVM, ſeu HVREORVM in Gallia. *Idem.*



Totidem aureæ, in balteo cyaneo, ſupra parmulam, conſtratam pronis in vtramque partem laterculis ſcutariis, coccineis aureiſque, ſunt in Vrbe Roma familiæ BOCCAPADV- *M. S. ex M[...] Romanis.*
LAE.

Aut



Aut ſupra balteum atrum, quo præcingitur leo puniceus, in ſcuti valuulo aureo, ſunt familiæ DE ALEXANDRIS in Vrbe Parthenopæa. *Andreas de Ryet*



Circa balteum verò argenteum, ac denticulis aſperum, ſtellę aureæ tres, binæque in ſupera regione, tertia in ima cuſpide parmulæ cyaneæ, ſunt in Gallia familię FONTAINAE. *Marcus Gilbert.*



Aut baltei loco diſtributæ, in ſupero ſemiſſe puniceo, ſcuti ab ſummo angulo dextero, partitione diagonia dirempti, cum ſemiſſe imo teſſellis oxigoniis puniceis aureiſque vermiculato, & ſupernè cum trabecula quadrifida luminis cyanei, ſunt NARDINIORVM in Inſubria. *Andreas de Ryet.*



Ad hæc aureæ ſtellulæ tres, circa ſcutarium cantherium aureum, in parmula coloris ſapphirini, ſunt in Vrbe Roma familię CLEMENTINAE: *M. S. ex Muſeis Romanis.* & cum argenteo ſcutario apice, ſunt in Gallia CRENEZEYORVM. *Marcus Gilbert.* Circa eum autem cantherium argenteum, in parmula conchyliata, ſunt ibidem FROYNAVXIORVM. *Idem.*



Si cantherius deinde ſit, duplici ſerie, oſtro argentoque ſcutulatus, ſtellæ totidem circa eum, in areola cyanea, micantes ſenis radijs, ſunt familiæ CASTAGNOLAE in Vrbe Genuẽſi. *Auguſt. Franſen.*



Aut ſi cantherius ſit mutilus, ſeu abſciſſus aureuſque, in furui luminis alueolo, ſtellæ aureæ tres circa eum, inſtructæ octonis radiis, ſunt RIBADEORVM, ſeu BILLANESIORVM in Hiſpania. *Alphonſus Lopes.*



Micantes tamen omnes tres aureæ ſtellæ, in faſtigio ſcutario, parmulę cyaneæ, in qua ſint teſſerarii cantherii tres aurei, ſunt Genuæ atque in Vrbe Roma familię COSTAGVTAE, *Auguſtin, Fran. ſon. in teſſer. gentilit. Nobil. Gen.*



Quaternæ aureæ ſtellulę, radiorum ſex, circa Crucem ſimplicem argenteam, in parmula coloris veneti, ſunt FANVELIORVM in Gallia. *Adrian. Morlicre.*



Circa Crucem aliam, ſed auream & decuſſatam, in eiuſdem coloris laterculo, ſunt HEBERTIORVM BREAVIORVM item in Gallia. *Marcus Gilbert*



Quinæ ſtellulæ aureæ, traiectæ in decuſſim, intra parmulam cyano illuſam, ſunt BREDERERORVM in Bauaria, & MENAE familiæ in Hiſpaniæ. *VVappenbuch. Conſal. Argote.*

Cum



Cum laciniola quadrifida punicea ſupernè, ſunt in Vrbe Roma familiæ LANCILLOTTAE. *Alphonſ. Ciaccon.*



Totidem, eodem & metallo & ſitu conſpicuæ, in parmula hermionico vellere conueſtita, ſunt familię CHAMPLVISSANTIAE in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Exaratę autem, in Cruce ſimplici punicea, intra clypeum teſſerarium argenteolum, ſunt GRAMEILLESIORVM in Gallia. *Andreas de Cheſ.*



Aut inter aduerſos catellos geminos argenteolos, in ſolo ſcuti cæruleo, ſunt Romæ CVCCINIORVM. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Sex aureæ ſtellulæ, promicantes in cęrulea parmula, ſunt familiæ AZOLINAE in Ciuitate Firmana. *Alphōſ. Ciaccon.*



Totidem in cæſia item areola, circa ſimplicem balteum aurę̨um, ſunt

*Marcus Gilbert.* in Gallia Hosierorvm.



Scintillantes verò, circa balteum aureum, vtrimque pinnulis ternis prominulis aſperatum, intra ſcuti alueolum cyaneum, ſunt in Vrbe Roma, familiæ Aldobrandinae. *Alphonſ. Ciaccon.*



Nouenæ aureæ, in adſimili valuulo, inſtar trium faſciolarum diſpoſitæ, ſunt Losseorvm in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Totidem, partim in eiuſdem luminis cyanei laterculo, partim in balteo coccineo, quem exornant vtrimque aureæ laciniolæ, ſunt Patauij familiæ Zabarellae. *Andreas de Iger...*



Tres ac denæ, in muricata parmula, ſunt familiæ Salazariae in Hiſpania. *Conſaluus Argote de Nobilitate Bætica.*



*Semè d'eſtoilles d'or a la cotte de meſme.*

At ſatæ abſque numero ſtellulæ aureæ, in parmula glaſto fucata; ſeu cum adiecto balteo exiliore aureo, ſunt Rvbineaviorvm in Gallia. *Marcus Gilbert.*



*Semè d'eſtoilles d'or au lion de meſme.*

Seu

Seu cum impreſſo, in parmula ipſa, leone aureo, ſunt in Gallia item CVLLANTIORVM & GAVCOVRTIORVM. *arcus Gilbert rian. Morliers*



Vt cenſum proſequar ſtellarum aliarum; refulgens argento ſtella ſex radiorum, in ſupero ſemiſſe puniceo, ſcuti ab latere interſecti, cum ſemiſſe imo aurei metalli, eſt ZORNENIORVM in Alſatia. *appēbuch, ſeu er teſſerar. Gen tiar. Imperij, totius Germ.*



Vel in medio ſemiſſe dextero & furuo, parmulæ ad ſummo dirempt æ, & cum læuo ſemiſſe argenteo, eſt VVEITERSHEIMORVM iterum in Alſatia.



Vel ſimili partitione, in dexteri ſemiſſis atri apice ſcutario, cum aurum ſplendeat in altero ſemiſſe, eſt ZVCHMANTELIORVM pariter in Alſatia. *VVappenbuch.*



Vel argentea ſtella, micans octonis radijs, in medio areæ ab latere abſciſsæ, oſtroque ſupernè, infernè autem ſabulo illuſæ, eſt PERGERORVM in Bauaria. *Idem.*



Argentea iterum ſtella, ſed radiorum

rum

rum ſex ac decem, in clypeo teſſerario conchyliato, eſt familiæ à Balso Neapoli, atque adeò Bavlxiorvm in Gallia.

*Thomaſ. [illegible] in teſſeris Nobilium.*

*Inſignia Aurato[illegible] Equitum Spi[illegible].*



Argenteæ ſtellæ tres, in veneti coloris alueolo, ſunt Sainct-Hirierorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



In eo autem alueolo pullato, ſunt Schlievvitziorvm in Sileſia.

*VVappenbuch.*



Totidem in balteo atro, ſupra luteam parmulam, ſunt Schlamesdorfiorvm in Bauaria.

*VVappenbuch.*



Sex argenteæ, in valuulo ſapphirini coloris, ſunt in Vrbe Roma familiæ Alteriae.

*M. S. ex Muſe[illegible] Romanis.*



Argenteę rurſus, & numero denæ, impreſsæ in balteis tribus cyaneis; quibus area ſulcatur, illuſa metallo argenteolo, ſunt Sparnnlorvm in Saxonia.

*VVappenbuch,[illegible] liber teſſer. Ge[illegible]tilitiar. Imperi[illegible] ac totius Germ[illegible]*

Quod attinet verò ad ſtellulas noſtras ſymbolicas, coloribus litas.

Stella



Stella punicea quinque radiorum, in alueolo ſcuti aureo, eſt LANROSIORVM in Aremoricis. *us Gilbert.*



Punicea item radiorum ſex, in ſolo ſcuti argenteo, eſt BRITZKEORVM in Marchia: & ſupra quinque colliculos emicans, STERNFELSIORVM in Sueuia. *ppenbuch.* *n.*



Eadem radiorum octo, in aureo ſcuti laterculo, eſt CHASTEAVNEVFIORVM in Gallia. *rcus Gilbert.*



Ternæ puniceæ, in balteo aureo, ſupra veneti coloris parmulam, ſunt GVSENBERGIORVM in Sueuia. *VVappenbuch.*



Quaternæ coccineę, circa Crucem atram, in aruo argentei metalli, ſunt PENTIN-HAMELINIEREORVM in Gallia. *Idem.*



Quinæ rubellæ, ſed micantes octonis radijs, ac diſtributæ in quincuncem, ſunt in Hiſpania familię FONSECAE, & familiæ TAVARAE in Luſitania. *Alphonſ. Lopes.*

nia. In ſolo deinde alterius metalli, ſunt ALLERSPACHIORVM in Bauaria. *VVappenbuch*



Præterea cyaneæ duæ ſtellulæ, ſex radiorum, circa cyaneum etiam balteum, vtrimque pinnulatum, in area ſcuti argenteola, ſunt Mediolani familiæ SFONDRATAE. *Alphõſ. Ciaccon.*



Cyaneæ tres, in aurea ſcutaria coronide, cum aureo leone, in ſcuti regione ima cyanea, ſunt CELIERORVM DE CHENETSIQ in Gallia. *Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*



Totidem eiuſdem luminis cyanei, in ſemiſſe imo argenteo, parmulæ ex tranſuerſo bipartitæ, & puniceæ in ſupero ſemiſſe, exarato aureis tribus characteribus, ſunt ALLIORVM in Vrbe Roma. *M S. ex Romanis.*



Quinæ pariter cęruleæ, atque in decuſſim traiectæ, intra ſolum aurei metalli, ſunt in Hiſpania familię ROYAE. *Alphonſ. Lop Haro, in N geneal. Hiſp*



Sex iterum cæſiæ, in eiuſdem metalli valuulo, ſed radiorum ſex, circa interpoſitam inſtitam pariter luminis cæſij, ſunt CASSINIORVM Senæ in Ethruria. *Andreas de I*

Aſtrum



Aſtrum maius ſex radiorum, furuo lumine coruſcans, in crocei nitoris parmula, eſt VVALDECKIORVM in Imperio.

*[V]appenbuch.*



Ceterùm hæ ipſæ ſtellę iubar reciprocant, cum area diſpertita. Vti argentea ſtella, in ſemiſſe dextero puniceo, ſcuti ab ſummo dirempti, & in ſemiſſe læuo argenteo, ſtella punicea, BRVMSYORVM in Heluetiis.

*[Pa]rty de gueul'et, d argent, a [de]ux eſtoilles de [l']vn en l'autre.*

*[V]appenbuch.*



*[T]aillè d' argent & de gueulles, a deux eſtoilles de l'vn en l'autre.*

Rurſus ſtella punicea, in argenteo ſupero ſemiſſe, areæ obliquè ab læua interſectæ; & ſtella argentea, in eius ſemiſſe imo puniceo, QVITZOVVIORVM in Saxonia.

*VVappēbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*Taillè d'azur, & d'or, a l'eſtoille taillè de l'vn en l'autre.*

Stella deinde ſemi-aurea, in ſemiſſe ſupero cyaneo, areæ eadem partitione abſciſſæ; ac ſemi-cyanea, in imo eius ſemiſſe aureo, eſt VVIERNITZIORVM in Marchia.

*VVappenbuch.*



*Coupe d'azur & d'or, a l'eſtoille coupè de l'vn en l'autre.*

Stella pariter ſemi-aurea, in cæſio ſupero ſemiſſe, ſcuti ab latere diuiſi, ac ſemi-cæſia in eius imo ſemiſſe aureo, eſt STENIORVM Venetiis.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*Trenchè d'azur, & d'or, a trois eſtoilles trenchèes de l'vn en l autre au chef de l'Empire.*



Stellulæ tres perinde ſemi-aureæ, in ſupero ſemiſse cæruleo, parmulæ a dextris partitione obliqua diremptæ, ac ſemi-cæruleæ, in imo eiuſdem aureo ſemiſse, cum teſsera Imperii, in ſcutaria coronide, ſunt DANDINIORVM Ceſenę. *Andreas de Ryet.*

*Party d'argent & de gueulles à l'eſtoile d'huict rayons, party de l'vn en l autre.*



At fulgens octonis radiis ſtella, in ſcuti laterculo, ſecto ad perpendiculum, ſemique punicea in dextero ſemiſse argenteo, ſemi-argentea verò in lęuo ſemiſse puniceo, fuit Venetiis ISEGIORVM. *M. S. ex Muſæis Romanis.*

*Eſcauellè d'argent & de ſable, a l'eſtoille eſcartellè de l'vn en l autre.*



Atque adeo ſtella, perinde micans octonis radiis, ſabulo & argento quadripartita, in ſcuti alueolo, cuius tetrantes duo ſunt argentei, ac totidem ſabulei, fuit GALIVARVM pariter Venetiis. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Aureum ſydus maius, cum ſecto decuſsatim quadrifariam orbe, ex argento atque oſtro, in corde eius, intra parmulam luminis veneti, eſt Lucæ in Ethruria BONVISIORVM. *Alphõſ. Ciaccon.*

Sedenim hoc loco etiam ſe offerunt *belli mala ſigna, & mutantes regna* cometæ: quamquam in his teſseris nobilium familiarum nihil triſte afflant, nihil funeſtum. Vt profectò neſciam, ſatis ne ſeriò Hippolytus Mediceus Cardinalis, à Paulo Iouio dicatur, non inane prodigium imminenti morti ſuæ præſtruxiſse; ex quo crinitum cometem vſur-

*Virgilius.*

*Lib. 6. in Elogiis eius.*

vſurpauerat, pro argumento inſignium ſuorum.



Hoc igitur ſydus, innocentiùs in re noſtra teſſeraria, quàm in Cælo fulgens, aureum & caudulam vibrans ſinuoſam, in cyanea parmula, eſt in Vrbe Roma familiæ MELIORATAE. ...S. ex muſaïs ...omanis.



Argenteum verò, ac trahens laxiorem, ſeu caudam, ſeu iubam, in eiuſdem coloris areola, & loco baltei expictum, proponitur à Ioanne Gulielmo. Sect. 3. cap. 3.

Ne tamen adhuc quiſpiam, ſuperſtitione nimia religioſior, ſibi triſtia metuat, à ſtellis hiſce cincinnatis, iubatis & caudatis; agmen ſyderum, omine cum fauſto. Iris claudet, pacis internuncia, & pignus ſecuritatis.



Quæ vtique, picta coloribus ſuis, in alueolo luminis veneti, eſt MOSENIORVM in Miſnia. VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.

## *De Floſculis teßerarijs. Cap. LX.*

HORTOS propemodum, ſecum in prælia ferre, Heroes noſtri videantur; adeò sũt refertæ, floribus pulcherrimis, gentilitię complures eorum parmulæ. Initium ego ſumam à lilijs, quæ ſtellis iam congruè adiungo: ſiquidem liliorum prima ſemina, terris dederunt, ſtillæ deciduę lactei circuli: ſi Poetis fides habeatur. Saltem lilia, ſuauiſſimi ſunt flores, ac præ aliis grati vel ideo; quia colore atq; odore ſuo delectant, abſque metu, vel periculo iniurię, eòque etiam ſuperant ſpinis obſitas roſas.

Efferam ante omnia plenas ijs floſculis areolas: & mox lilia ſingula, aut numerum eorum, volupe erit, quaſi faſciculos florum, legere.



*D'azur ſemè de fleurs de lis d'or.*

*Marcus Gilbert.*

Sata ſine numero aurea lilia, in areola coloris ſapphirini, ſunt vetus teſſera Regum Galliæ, per Sydereum Nuncium cęlitùs data Regi Clodouæo.

*A la bordure de gueulles, ou componèe d'argent & de gueulles.*

*Io. Iacob. Chifflet.*

*Idem.*

*Au lambel de gueulles*

*Io. Iacob. Chiffle*

*Au baſton ou cotice de gueulles ou baſton de gueulles chargè de trois lionceaux d'argent.*

*Marcus Gilbert.*

*Inſignia aurato rum Equitũ Spiritus ſancti.*

*Brette d'or.*

*Idem.*

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*

*Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus Sancti.*

*Idem.*

Eadem teſſera, cum adiecto puniceo margine, eſt familiæ DE ANIOV: aut cum eo margine, quadris maioribus argenteis puniceiſque ſcutulato, eſt PROCERVM BVRGVNDIAE. Cum guttato tigillo, ſeu trifida laciniola punicea, fuit PARTHENOPAEORVM REGVM. Cum puniceo balteo iuſti modi, eſt CHAMBREORVM in Gallia; aut cum eo balteo puniceo exiliore. Cum clabula item punicea, ſed inuſta leunculis ternis argenteolis, eſt VENDOSMIORVM; Cum ea clabula ſiniſteriore, eſt VALOISIORVM. Cum clathris aureis ei ſuperpictis, eſt SAINCT-VALETYORVM in Gallia: Cum impreſſa argentea turricula, eſt TVRRIANORVM ibidem. Cum exſiliente aureo leone, eſt BEAVMONTIORVM, & SCHELYSENIORVM: ſi verò leoni linguam & vngues ex oſtro etiam expingas, eſt SVILLYORVM in Gallia.

Prçter quam quod externi Principes etiam, hæc Regum Chriſtianiſſimorum lilia, inſeri in ſuas icones teſſerarias, peroptarunt: ideoque vernant ea, in parmulis gentilitijs Regum Scotiæ, Magnorum Ducum Ethruriæ, Ducum Eſtenſium, Ducum Antiochenorum, & Procerum aliorum, quos recenſet Marcus Gilbertus Deuarennius.

*Parte 2 c. de lil*

*L'egliſe, De Rheims, De Langres, De Laon. De Noion.*

*Marcus Gilbe*

Sedenim Cleri Gallici etiam Senatus aliquot primarii, eadem regia teſſera gloriantur. Seu cum adiecta Cruce punicea, ſeu cum puniceo decuſſi; ſeu cum lituo Epiſcopali puniceo, inſtar pali teſſerarii, ſupra ea lilia expicto, ſeu cum his lituis argenteis duobus ab ſe mutuò auerſis.

Addunt verò ſemper diſcrimen aliquod; vt primas deferant, honoris ergo, Regibus ipſis: quorum eſt integram eam teſſeram in clypeis, in loricis, & in vexillis geſtare. Nec reperi equidem eam, ſine alia variatione, niſi in familia NEVFVILLEORVM in Belgio.

*Iacob. Hèricou*



*De gueulles, ſ de fleurs de d'or.*

*Marcus Gilbe*

*Iacob. Hèrico*

*Idem.*

Aurea eadem lilia, ſinè numero ita conſita, in ſcuti valuulo conchyliato, ſunt CHASTEAVBRIANTIORVM in Gallia, HANNEFFEORVM, & NEVFCHASTEAVIORVM in Belgio: Cum adpicto eis deinde coccineo balteo, ſunt ALLEMANDIORVM PASQVIERORVM VAVLBONNOYSIORVM iterum in Gallia.

Aurea



*... pourpre, ſemè ... fleurs de lis ... or a la bande ... gueulles.*

Aurea rurſus, ſed in parmula colore ianthino ſaturata, cum balteo inſuper muricato, ſunt in Gallia familię SAINCT-LEGERIAE. *...arcus Gilbert.*



*De ſable, ſemè ... fleurs de lis ... or.*

Aurea denuò, in pullo ſcuti latercu- *...arcus Gilbert.*
lo, ſunt BELLEFOVRRIEREORVM in
Gallia, in Belgio DVRASEORVM, & in *...cob Hëricourt.*
Gallia iterum MARSAYORVM. *...arcus Gilbert.*



*De gueulles, ſemè ... fleurs de lis ... d'argent.*

Argentea eadem lilia, in ſcuti valuulo muricato, ſunt SAINCT-GILLESIORVM in Gallia, & in Belgio VARFVSEORVM. *...arcus Gilbert.* *Iacob. Hëricourt.* Cum angulo autem ſcutarię coronidis argenteo, in quo vernet ſingulare cyaneum lilium, in Gallia ſunt DANCELLONIORVM DE FOMBAVDRYO.

*Au franc canton d'argent chargè d'vn fleur de lis d'azur.*

*Marcus Gilbert.*



*D'azur, ſemè de fleurs de lis d'argent.*

Argentea, in alueolo coloris veneti;
ſunt SAINCT-BRISSONIORVM, & MAR- *Marcus Gilbert.*
TIGNEORVM in Gallia; in Belgio au- *Idem.*
tem PERSANSIORVM; cum leone inſu- *Iacob. Hëricourt.*
per argenteo, aurea ſpira redimito,
ſunt CHAMBESIORVM MONSOREAVIO- *Marcus Gilbert.*
RVM iterum in Gallia.



*De ſable, ſemè de fleurs de lis d'argent.*

Argentea, in furui luminis latercalo,
ſunt HERMALLEORVM ac MOMBESKIO- *Iacob. Hëricourt.*
RVM in Belgio. *Idem.*

Puni-